IOSEPHUS FLAVIUS
Admont (?), um 1138/1165 Seite 98v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25967
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Explicit liber Septimus.

Hec in octavo libro iosephi hystorie antiquitatis iudace. Quoniam salemon suscepit regnum et peremit inimicos. De sapientia eius et intellectu atq; divitiis. Quo primus in ierosolimis edificavit templum. Sub iectorum quendam ieroboam fecerunt regem et in tribus eius filiis. Quia susach egyptiorum rex castra metatus est contra ierosolimam. Iciuitate deuicta diuitias eius transmigrauit in egyptum. Bellum ieroboam regis israel contra filium roboam abia. Quia generationem omnem hieroboam quidam nomine boas primens ipse tenuit principatum. Bellum egyptiorum contra ierosolimitas regnante super eos asaph filio tabea et cedes exercitus. Quia generationi basan perempta regum super israelitas heb et eius filius sachab. Quia adath damasci et syrie rex secundo contra achab pugnavit. Ammanitarum et moabitarum contra iosaphat regem ierosolimorum pugna atq; deuictio. Quoniam achab contra syros pugnando deuictus est. Ipse disperiit.

Continet hic liber tempus annorum centum sexaginta trium.

Incipit liber Octauus.

David itaque quot uirtutum quantumque bonorum auctor extiterit contribulibus suis. quantaque bella pugnasque gesserit et longeuus sit mortuus in precedenti declarauimus libro. Salemone vero eius filio adhuc etate iuuenculo suscipiente regnum. quem adhuc pater dominum populi uniuersi uoluntate dei constituit. Sedente uidelicet eo in solio patris. omnis eique de populis sollempniter fauit ut ad sole in regis initio. quatenus eius res optime regerentur. Iusque ad senectutem feliciter permaneret in regno. Adonias autem qui eius etiam patre adhuc uiuente temptauerat regni culmen inuadere. ingressus ad regis matrem bethsabe eaque humiliter salutata. requisitus ab ea. ut si pro aliqua peticione uenisset et adiceret. promittens se tota uoluntate conferre. adonias itaque locutus est. Nosti quidem ipsa regnum et propter etatem. Ipsum propter populi uoluntatem fuisse meum. sed decreto dei ad salemonem tuum filium peruenisse. me tamen complecti profiteor. Ingratis seruire et libenter agere que iusta sunt. His dictis pariter postulauit. ut apud filium eius suum fratrem intercederet eique suaderet dari sibi abisach. que cum eius patre dormierat uxorem. dicens quod pro senectute non eam pater agnouisset. sed adhuc uirgo consisteret. Betsabe vero Ministraturam se in hoc negotio studiose promisit. Inuptias promereri propter utrumque quia rex et uellet aliquid precari. Illa pro eo pro na uoluntate deposcere.